

cordis nostri ubi legimus. quod tibi novis fieri: alij ne feceris: et quid tibi vis exhiberi alteri exhibeas: per q̄ duo mandata plener et perfecte nostris proximis exhibebimus equitatem. Nam per huius legis naturalis observationem antiqui patres dñi placuerunt cum tñ adhuc nec legis nec gratie scriptura esset bonis commendata. Nam de noe dicitur. Erat noe iustus et perfectus in generatione sua et ad abraham dicitur. Ambula coram me et esto perfectus. ¶ Sequitur tertium principale scz me. in quo nobis innuitur terminus sive finis. per quem dñs feliciter inheramus. quod iuste sequitur ad predicta. quia postq; a malis recessimus et quod bonū est facimus dñm inuenimus. quo inuento ad hererebimus ei dicentes. ¶ Ibi adherere deo bonum est ponere in dñs meo spē meā. meū ergo ut ait bern. cunctis renūciat affectibus alijs anima curans huic soli incumbit dicens ex omni cordis effectu illud. Lanti. Inueni quē diligit anima mea. q; vi dicitur. Eccl. Qui inueniet illum inueniet thesaurū talē videlicet thesaurū in quo omnes vere diuitie. omnes vere delitie. vere iustitie et omne quod viri boni rōem sortit copiosissime inueniuntur. nec īmerito. cum em̄ ppter deum vanas diuitias vanas delitias et omnes iniusticias dimittimus. inuenimus thesaurū dei scz. in qno predicta omnia veraciter inuenimus vñ augu. super illo verbo. Ecce nos relinquimus omnia dīc. Petrus. et si sequaces reliquerunt omnia vana. et accepterunt omnia vera. inuenimus enim in deo diuitias meritorū. diuitias gratiarum. diuitias virtutum et omnia bona ut dicere possit nobis illud deus gen. xxx. ¶ Iudicium hūisti anteq; venirem ad te. nunc diues es. fecr̄ es benedixitq; tibi deus ad introitum meum. te his diuitiis dīgre. Quid nobis cum diuitiis huius mūdi que nec bone nec nostre sunt. sed vere diuitie sunt que in deo inueniuntur et cum deo possidentur. Similiter in deo inueniuntur delitie huius mūdi illis delitiis meliores. si enim in creatura poterit aliquis delitari. quō in deo non deliciamur a quo est omne bonum. tomne dulce sicut. vñ ipse dicit. Eccl. ij. Quis delitij

affluet ut ego. quasi dicerz nemo. hinc iob. xxiij. Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis. et longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. et sequitur. Unde super omnipotentem delitij affluens. de quibus dicitur. Sic est aduentus sponsi benedictiones divinitie. salutis cum eo et innumeris que de ipso sunt affluunt delitij redundantia iocundis et salutaribus sanctis. inuenimus etiā in deo oēm equitatem. quia in eius p̄nitia non possumus facere non equum prestatē iesu xp̄o.

LXXXVI. De eodem.

## Vrgens secundus

**A**tus est eum idem ut sup̄. ¶ Dicit magister in scolastica histo-  
ri in veteri lege nunc offerebatur hostia si-  
ne libamentis suis. Libamen aut̄ sive liba-  
mentum erat similia oleo pspsa et vini que  
duo cum hostia offerebantur. et unicus ho-  
stie. primum libamen erat determinatum. Dici-  
tur aut̄ libamen eo q̄ libeat quia additum  
hostie gratificabat eam et accepitam fecit ea  
dñs ut grata esset hostia cum libamine que  
sin et illo nullaten⁹ fuit grata. quod intelli-  
gens beatus matheus omnia sua obsequia  
cum aliquibus additamentis per que grati-  
ora fecit deo sua obsequia dñs suo offere-  
bat. Offerebat aut̄ tria deo obsequia cū suis  
libamentis per que in tam magnū principē  
coram dñs est promotus. Obtulit em̄ deo  
obedientiam cū velocitate. conuiuum cū lar-  
gitate. rotam vitam suam cum humilitate  
et ex his tribus magnus valde facis coram  
dñs est effectus. ut non solum in apicē apo-  
stolice dignitatis. verum etiam in scriptorē  
euāgelice veritatis sic sublimat⁹ ut nō solū  
apls sed euangelista in ecclesia noīet. Primum  
obsequium tangit in eo. q̄ dī. Tunc  
gens securus est euz. quia statim ut dixit de-  
us. sequere me sine mora. sequebatur eum  
in quo tangitur obediendi velocitas. Scz ibi  
et factū est discubente eo in domo. in q̄  
tangitur conuiuij largitas. nam te hoc dī-  
lu. v. et fecit ei leue conuiuum magnum in do-  
mo sua. Tercium scz vice humilitas tangi-  
tur in eo q̄ dī. Ecce multi publicani et pecca-  
tores venientes discubebant cum iesu co-

## Sermo.

numerans se illis innuēs se simili publicā  
num & sic somatim in isto euangilio tanguntur p̄dicta tria per que beatus matheus est  
miserice sublimatus. & hec de beato matheo  
breuiter tacta sufficient. quia gloria qua in  
celo & in terra hōratur & magnifice venerat  
probat eum predicta tria deo fideliter & per  
fectissime obtulisse. **N**ec predicta verba ad  
nostrā edificationem nobis insinuant. vi si  
eius gloria cu pim⁹ esse particeps. predicta  
tria cum suis libaminibus dño offeramus.  
**N**on enim est acceptor personaꝝ deus sed q̄  
cunq̄ sine tergiuersatione deo exhibet quod  
ipſi exhibuerunt eadem gloria sublimaſ vñ  
**E**ri. Qui sanctoꝝ merita religiosa caritate  
mirantur eorum mores sanctos atq̄ iustici  
am imitentur. quia quē delectat alicui⁹ san  
cti meritum delectare d̄z par circa cultum  
dei obsequiuꝝ. vt qui sanctoꝝ merita admi  
ratur mirabilis ipſe vite sanctitate reddat  
possumus enī esse sicut ipſi sunt si facimus  
quod fecerunt. **A** **D**omo ergo offeri  
mus deo sacrificium obedientie. que omni  
homini est necessaria ad salutē. q̄ sicut p̄ in  
obedientiam de padiso cecidimus vñuer  
si. sive contrario redire per obedientiam nos  
oporet. **H**inc est q̄ tam triumphas quā mi  
litans ecclesia fin sub & supra est per obedie  
tiā ordinata vt palam detur intelligi q̄ n̄l  
lus nisi per obedientiam erit saluus. **V**an  
dat aut nobis deus tripliciter obedientiam  
sc̄ per scripturā libroꝝ. per ora prelatoruꝝ. p̄  
inspirationem interioruꝝ. de primo d̄r deu  
vī. **O**mne mandatum quod ego p̄cipio  
tibi caue diligenter vt facias. **V**at. xir. **S**i  
vis vitā ingredi serue mandata. Job xiiij.  
**S**i diligitis me mandata mea seruate. **S**e  
cundo de mandato prelatoroꝝ d̄i. d̄is. **Q**ui  
vos audit me audit. & qui vos spernit me sp  
nit. **I**mi deuter. **F**acies quecunq̄ dixerim  
qui presunt loco quē elegit d̄is. sequentibꝝ  
sententiam eoz nec declinabis ad dexteram  
nec ad sinistram. **Q**ui aut supbierit nolens  
obedire sacerdotis imperio qui eo tempore  
ministrat d̄o deo suo. moriaſ hō ille. **D**e  
tercio per yſa. d̄r. **E**go sum qui loquor iusti  
cias. ac si dicat. **Q**uādo interi⁹ in corde ad  
memoriā revocatis precepta d̄i. q̄o v̄ca

est cogitatio sed mea est allocutio precipiſ  
interius vt preceptorꝝ opa impleatis **H**inc  
beri. **C**um mala veritas in corde nostra  
est cogitatio. cum vero bona. dei sermo ē. illa  
sc̄ mala cor nostrum dicit. hec aut bona cor  
nostrum audit. vñ greg. **C**um per semetip  
sum deus interius loquitur sola nobis vis  
interne aspirationis apitur. & de verbo eius  
sine literis atq̄ syllabis cor docetur. q̄ vir  
tus eius intima quadam sublieuatione co  
gnoscitur. quocunq̄ ergo istoꝝ triuꝝ modo  
rum precipiat nobis deus sp̄ est ei & in om̄i  
bus & per omnia obediendum. **N**am de hac  
obedientia d̄r. i. **A** x. **N**uuqd vult de ho  
locausta aut victimas & nō potius vt obedi  
atur vocī dñi: melior est enim obedientia q̄  
victima. & auscultare magis q̄ offere ad/  
pem arietum. qm̄ quasi peccatum ariolandi  
est repugnare & quasi scelus ydolatrie nolle  
acquiescere. vñ beri. **N**ec studiuꝝ bone acu  
onis. nec ocium sancte contemplatiōis. nec  
lacrime penitentis accepta esse poterunt illi  
qui tantam hūit obedientiam vt vitam q̄  
iplam perdere maluerint. **G**ut aut ex hoc sacri  
ficio nostre obedientie suauissimum odoreꝝ  
dño offeramus cum tribus eam libamini  
bus exhibeamus. **A** **D**ebemus enī  
obedire velociter simpliciter efficaciter. **D**ai  
mo dico obedire debemus velociter vt stat  
auditio precepto sine omni mora velociter  
obediamus sicut matheus qui statu vt au  
diuit. sequere me. sine mora secutus est dñz  
non petuit inducias ad seruandā pecunias  
vel suis dñis p̄fandam sicut ille qui vo  
tus a dñi petuit indurias vt sepeliret pa  
rem suum nec obtinuit. sed sine omni medio  
dñm sequebatur. & ideo hec velociter obedien  
tia multo erit gratior q̄ morosa sicut hi te  
quibus in regula nostra dicit pater benedi  
ctus. qui inox vñels aliquid a maiore ipato  
fuerit ac si dñm impat̄ sit moram patine  
sciunt in faciendo. de quibus dicitur in ps.  
**P**opulus quē cognoui. tē vñq̄ in audiū  
auris obediuit mibi. **S**ecundo debemus o  
bedire simpliciter hoc est non discutere vel  
diūdicare ad quod precipiatur. sed tantum  
simpliciter obedire non curantes ad quid p  
cipiatur v̄l quiq̄ intendatur. dummodo te

note impleatur quod precipit a maiore  
hincberii. Imperfecti cordis et infirme pro  
sus voluntatis indicium est. precepta senio  
rum studiosus discutere. hesitare ad singula  
que iniunguntur exigere de quibus liber roez  
et male suspicari de omni precepto cuius ca  
latuerit. nec vnoqz obediens libenter. nisi cum  
audire contigerit quod forte libuerit. non a  
ctendentes qz quidam iuuenis ad preceptum  
senioris sui ad aridum palum terre infixuz  
per circulum anni aquam singulis diebus  
infudit. ex cuius obedientie virtute sion  
des protulit contra naturam sicut in virtus  
patrum legitur evidenter. Tercio obediens  
debet us efficacij hoc est cum effectu operis  
fideliter et diligenter perficere quod manda  
tur et quantum in nobis est semper ad hoc  
nisi vt aliquis fructus ex iniunctio opere p/  
ueniat imperant. vel ad minus vt ad im  
perantes voluntatem quod iniungitur exple  
atur de hac efficacia obediendi dicit bernar.  
Perfectus obediens parat aures auditui  
oculos vifui. lingua manu operi. pe  
tes itineri. et sic totum se colligit vt ex toto  
mandatum impleat imperantis. De hac ef  
ficacia obediendi dicit Gregorius. Sicut  
bene obsequentes famuli dominorum suoz  
vultibus semper intenti sunt vt ea que pre  
cepserint festine audiant et audita impleat  
tendant. sic iustorum mentes per intentio  
nem suam omnipotenti deo assistunt. atqz  
in scriptura eius quasi os eius intuentur vt  
quia per eam dominus loquitur omne quod  
vult tanto a voluntate eius non discrepent.  
quanto eam in eius eloquio agnoscent. vn  
de fit vt eius verba non per eorum aures su  
periueant. sed huc in cordibus suis  
figant. Secundo beatus matheus obtulit sa  
cificium conuiuij cum libamine largitatis  
sic et nos domino conuiuim cum suis liba  
minibus offerimus. Primo ergo dicimus  
de conuiuio quasi sacrificio principale. Se  
cundo dicamus de libaminibus cum qui  
bus conuiuji sacrificii offeratur. Sciendu  
ergo qz triplex est conuiuim scilicet corpo  
rale verbale. spirituale. Corporale conuiu  
um domino offerimus. quando pauperes  
propter deum cibo corporali recreamus. Lo

vinum verbale deo offerimus quando ver  
bo dei proximum edificamus. Conuiuim  
spirituale deo offerimus quando per medi  
tationes iernas deuotiones et contempla  
tiones deo in cordibus nostris conuiuim  
preparamus. De primo conuiuio dicitur  
Lu. xiiij. Cum facies conuiuim voca pau  
peres debiles et claudos et cecos et beatus  
eris quia non habent retribuere tibi Item  
ps. Beatus qui intelligit et cetera. De secu  
do conuiuio dicit Augustinus. Refecio est  
que saginat animaz. que in pinguat viscera  
cum de diuinis scripturis cibum eloquij. p  
ximis ministram? Gregorius Melius est  
de diuinis eloquij reficere animam sem  
per vicioram. quā cibo corporali reficere car  
nem iterum morituram idem. Libus men  
nis est lermo dei et quasi cibus acceptus sto  
macho languescenti rejicitur. quando fui  
auditus in ventre memorie non tenet. Sci  
mus autqz si quis alimenta non tenet de  
huius vita desperatur. De tertio dicitur.  
Apoc. Ego sto ad hostium et pulso. si quis ap  
peruerit michi ianuam intrabo et cenabo cu  
illo et ipse mecum. Hinc bernardus. Cibus  
eius penitentia mea. cibus eius salus mea.  
cibus eius egoipse. hec autem tria sacrificia  
conuiuorum sua queqz debent habere. li  
bamina. Sunt antem tria vt supra dictum  
est libamina scilicet oleum. panis simila et  
vinum. offeratur ergo conuiuim pauperi  
cu oleo misericordie et cōpassionis. Conui  
uim proximorum cum simila operationis  
cum enim panis sit propriuz confortare cor  
pus similam offert qui quod docet confor  
tat exemplo operationis. Conuiuim vero  
interue inspirationis (quo cum deo et ipse  
nobiscum reficimur) offeratur cum vino in  
ebriationis. sicut enim vinum inebriat et me  
tes alienat. sic illud internum conuiuim  
quo cum deo et in deo epulamur mentes no  
stras alienat inebriat et transmutat in deuz  
et hec tria conuiuia cum suis libaminibus  
fiant in abundantia largitatis.

E

Tercio offeramus deo vitam nostram cum  
libamine humilitatis sicut beatus matheus  
deo totam in humilitate obtulit vitam suā  
Est autem triplex. vita scilicet activa: con  
R:

## Bermon.

semplativa et afflictiva. Activa vita secundum  
bedam est primo quidem ab omni hoc seculo  
immaculatum seipsum custodire. mentez  
manum linguam et cetera membra corporis  
ab omni inquinamento culpe continere te  
inde exteriores hominem iustis insistere la  
boribus ac diuinis perpetuo se subiugare f  
vicijs. Deinde etiam proximis in necessitatibus  
iuxta vires succurrere ac operibus mis  
ericordie fideliter insistere. Vita autem conte  
plativa ut idem Beda ait est cum quis lon  
go bone actionis exercicio edocutus et diuine  
orationis dulcedine instructus crebra lacri  
marum compunctione assuefactus a cun  
ctis mundi negotijs vacare et in sola dei di  
lectione oculum mentis infigere didicerit  
gaudiumque perpetue beatitudinis quod in  
futura percepturus est vita etiam in presen  
ticeperit ardenter desiderare et desiderando  
pregustare. vita vero afflictiva est tribulatio  
vel propter peccatorum purgationem vel boni  
promotionem a deo nobis inficta. ¶  
Huius triplici vite sunt tria libamina adiu  
genda. vi predicta triplex vita per tria liba  
mina offeratur. Vita enim activa per fide  
litatem. Vita vero contemplativa per hu  
militatem. vita autem afflictiva per hylari  
tatem tanquam domino offerantur. Primo di  
co vita activa debet fideliter dispensari ut in  
ea nihil intendatur nihil queratur nisi dei  
gloria et utilitas proximorum de quo beru.  
Reuera fidelis es famulussi de omni gra  
tia transeunte ex te nihil tuis manibus ad  
herere contingat. Secundo vita contem  
plativa debet humiliter ociari. ut quantulibet  
in ea proficiamus non tamen pro nobis  
nisi humiliter sentiamus. oportet namque ut  
ait beru. Humiliter sentire te se nitenem ad  
aliora. ne dum supra se attollitur cadat ni  
si in se firmiter per veram humilitatem fue  
rit solidatus quia nisi humilitatis merito  
maxima minime obninetur. Tertia vita af  
flictiva debet inter se et deum hylariter sus  
ferri. quod faciebat paulus cum dicebat.  
Superabundo gaudio in omni tribulacione  
quod etiam nobis consulit Jacobus dices.  
Omne gaudium eris imitate fratres cum in  
varias incideritis temptationes. Et quia

omnis vita meritoria et deo accepta in hac  
triplici differentia est inclusa. ut non sive  
ta aliqua preter illas. ideo unusquisque diligenter  
consideret in qua consistat coram deo  
et illam cum suis proprijs libaminibus of  
ferat. et sicut est grata domino et accepta. quod  
sub alijs verbis in lege precipitur cui teute  
xvi. dicitur. Juste quod iustum est ex equa  
ris. Nam in eo quod dicit iustum: tangit ob  
sequium. in ea autem quod dicit iuste tangit liba  
men quia eius valor et acceptabilitas consi  
stit in libamine. et hoc est quod alij verbis dici  
tur quod plus meremur aduerbiis quam nomin  
ibus cui consonat Gregorius dices Cor et  
non substantiam pensat deus. nec perpendit  
quantum in eius sacrificio sed ex quanto of  
feratur. Ac si dicat. Non considerat deus  
quid offeratur sed cum quali libamine pre  
sentetur. hec ergo sunt sacrificia que cum su  
is libaminibus oblata suauissimum odo  
rem sicut in lege dicitur dabunt deo. Un  
de numeri. xxviii. enumeratis holocaustis  
subiungitur. et erit in odorem suauissimum  
domino qui surget de holocaustis et de obla  
tionibus singulorum multo magis de his  
que hic dicta sunt que sunt veritas predicio  
rum surgit odor suauissimus domino. Qd  
nobis.

## LXXXVII.

De sancto mhabbel.

Nobilis forma et  
nostram philippen. tertio.  
E Cum secundum Gre  
gorium ruina angelorum per beatos homi  
nes debeat restaurari dignum est et conso  
num rationi ut qui ad eorum consortia sive  
vocati ipsorum mores et virtutes discant quan  
tum possibile est in regione dissimilitudi  
nis imitari. propter quod verbum proposi  
tum ex persona angelorum nobis propone  
tur. ac si dicente videantur. Si iuxta vocati  
onem vestram societatem nostram peruen  
ire cupitis. discite ita in terris quomodo no  
biscum in celis vivere debeatis. Propter  
quod sciendum quod angeli dei quatuor habent  
exercicia formam sui status in celo exprime